

XIX. VOLCEII (p. 43. 963).

ad n. 449. Est apud Malvasiam p. 439 (inde Mur. 4142, 8) ex schedis Fabrettianis loco non adscripto.

8341 in vico Ricigliano
prope S. Gregorii magni
in contrada S. Giorgio.

D M
L AEDINIO PRETI
OSO AEDINIV
S PRETIOSVS PA
5 TRI INCONPARAB
ILI P
Canale-Parola apud Fiorellium *Not. degli scavi*
1881 p. 172.
2 AEDNIO 'sic' traditur.

8342 rep. Ricigliani cum n. 8341.

D M
AEDINIE AM
patera ANDE AEDIN urceus
IVS PRETIOS
5 VS PAT F
Canale-Parola apud Fiorellium *Not. degli scavi*
1881 p. 172.

XXV. VELIA (p. 51).

8342a Veliae rep. in area oppidi antiqui, extat ibi in turri.

MERCVRIO
AVG · SACR ·
CAESETIVS PRIMVS
IVS PERSEVS
5 IVS

Barnabeus descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 390.

8342b Veliae rep. et adservata cum n. 8342a.

L · NONIO · L · F
ASPRENATI
COS
DECVRIONES · ET · MVNICIP
5 PATRONO

Barnabeus ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 390.
Tam patri tribui potest consuli a. 6 quam filio consuli a. 29.

Descripsit

XXX. SALERNVM (p. 61. 965).

ad n. 508. Pro Minuti scr. Minuri.

ad n. 545a. Scr. Positani et corrige sic adhibitis Pansianis adlatis ad n. 557:

ACTE CAESARIS
VIX · ANN · XXXVI ·

ad n. 553 = 600. Vidi nuper in villa Ruffola, iam Francisci Neville Reid. Est cista ornata, cuius primus laterculus vacat. 2 recte Vallambertus legit, 3 recte Schoenius.

ad n. 555. Pro Raffio scr. Ruffola.

ad n. 557. Codex Barberinus olim 3062 non periit; hodie est cl. LVIII n. 16, ubi f. 174' — 178 quae leguntur 'sepulcri a Napoli e forse altrove come stanno havuti dal 1579', recentia sunt omnia praeter titulum hunc f. 177. — In adnotatione emenda inscr. 1 F · F · LI · XIINA — 1, 10 CERDON — 11 ACATVS — 14 IHILODESPOTVS — 17 L · L · VIIXS (scr. FELIX) INNES · L — post 20 add. eodem versu L · APVL · L · — 2, 11 HILARVS · IVR — 3, 7 L · APVLEIVS · L · L · L · HILARVS · VII optime. — 13 L · APVL · L · L · — 18 SYEAER · IO — 19 EROS IINO // — APVLEIVS codex fere ubi vis, sed additur in lapide semper legi APVLEIVS. — Praeterea Marini apographum cum exemplari convenit.

ad n. 569. Camera nuper edidit (Amalfi ed. 2 vol. 2 p. 474), collocans Tramonti in ecclesia S. Francisci de Polvica, addens in principio DIIS · MANIBVS, legens 4 CALPVRNIV] POMPO · NIVS, 2 SERMIVS] X SERMIVS, 4 ANNOS] ANN.

ad n. 570. Vidi in villa Ruffola, legens 1 GAN · NVSIAICPDEC, 4. 5. 6 C CVRVI VS|SVCCCESS VS//XIT ANI · I · FNFS. Sed paucis exceptis elementa omnia mihi visa sunt novicio scalpro reformata esse et ex parte corrupta.

ad n. 591. Dele; datur suo loco n. 470.

ad n. 600. Vide ad n. 553.

ad n. 605. Dele; datur suo loco n. 471.

ad n. 648. Vidi in seminario. Emenda v. 2 C · 9 · pro C · L; extrema sic se habent:

TI · AVRELIVS
GENTIANVS
N · VIRI · TOR
FECIT

Aurelius Gentianus v. p. nomine ita eraso, ut legatur, redit in aere Paestano n. 476 anni 337.

ad n. 672. Titulus mox ut inventus est periit, nec recte eum describi potuisse quod Camera testatur, exemplum quod unum superest abunde confirmat.

8345 prope Minuri in monasterio S. Nicolai in summo monte Forcella.

D · M
T · LITVCIO
T · TROPHIMO
A · ERMAPHRODITVS
5 COGNATO

8343 Ravello nel sobborgo lo torello nella chiesa di S. Maria di Lacco.

D · M
Q · FABIVS · LYSIMACHVS
SE VIBO FECIT SIBI
ET SERGIAE STATIAE
5 CONIVGI SVAE ET
LIBERIS SVIS ET LIBERIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM
NE QVIS HOC MONVMENTVM
VENDIDERIT SIVE DONATVM
10 FECERIT ALIORVM SED NEC VLLO
MODO ALIENABITVR NE DE
NOMINE EXEAT FAMILIAE SVAE

Camera Amalfi (ed. 2) 2 p. 328.
6 fin. LIBERIS traditur.

8344 Minuri, sobborgo Villamena, in ecclesia SS. Ianuarii et Iuliani in pila navis sinistrae.

C · IVLIO · FORTVNATI
o VERANIA MATER FECIT
VIX · ANN · XXVI · M · VII

Camera Amalfi (ed. 2) 2 p. 247.
1. 2 FORTVNATI | QVERANIA traditur.

Camera Amalfi (ed. 2) 2 p. 427.
4. 5 ERMAPHRODITVS · COCHATO
traditur.

672 Amalfiae nuper rep.

EILNIIABO PRIBATVS LVCI IN
 NOS IVNCTOQVE SECVNDO SIMILES INCOLVMIS
 NIM : RES HVMATVS DEBITVM SVMPSIT PERPETV
 MANIBVS HAEC SORS/// NEC TVCIT ALIQVIS IPSA
 5 ^{hu} IVS SI LECTOR VIS NOMEN NOSSE SEPVLTII ORDIN
 6 ^{mer} VRSO A SVMMA ^{litte}RA DISCE S COMPARI BENE
 QVI VIXIT ANNOS XXII MINVS VII MENSES
 dies XV DIES X KAL · MAIAS POST CONSECRATIONEM
 FL · GRATIANI AVGVSTI

p. C. 367?

Camera mem. di Amalfi p. 7.

6 IIIIRA DISCIS traditur. — 8 videtur male soluta esse formula POST CONS.

673 nella Trinità della Cava.

IODOIIV
 QVI VIXIT ANNIS
 XLV·I FECIT
 CVM COMPARE SVO
 5 ANNOS XXV IN PACE
 X

Bongianelli Vat. 5237 f. 252.

3 XL·VEI traditur.

674 [= 188] in gradu ecclesiae S. Mariae del Pino in pago Amalfitano.

HIC
 VIX · II · I · IVNIVS
 DEPOSITVS · M · N · I · C

Pansa II p. 188.

XXXI. SVRRENTVM (Sorrento). Tribu Menenia.

Surrenti oppidi nomen ponunt geographi (Mela 2, 4, 69; Strabo 5, 4, 8 p. 247; Plinius 3, 5, 62; Ptolemaeus 3, 1, 7 cf. supra p. 60; Stephanus s. v.) et itineraria (v. supra p. 58), multique eius meminerunt propter fabulas de Sirenibus et Minervae templo ab Ulysse condito (Strabo l. c.) et de rege Aeolo (Diodor. 5, 7). Praeterea non raro, propter salubritatem maxime, Surrentina vina celebrantur (Plinius h. n. 14, 6, 64; vol. IV n. 2555. 2556 ibique citt.); villas denique ibi sitas cum alias tum Pollii Felicis fuse describit poeta Neapolitanus Statius (silv. 2, 2 al.; cf. Silius 5, 466: *Zephyro Surrentum molle salubri*). At de Surrentinorum re publica apud auctores nihil omnino repertum est praeter locum eumque et ipsum obscurum et perplexum libri coloniarum p. 236 hunc: *Surrentum oppidum: ager eius ex occupatione tenebatur a Graecis ob consecrationem Minervae: sed et mons Sirenianus [id est promunturium Minervae] limitibus pro parte Augustianis est adsignatus, ceterum in soluto remansit: iter populo debetur ubi Sirenae*. Accedit ex titulis, quod municipii locum obtinuit (n. 676). Nihilominus magistratus inveniuntur *Ilviri* (*Ilvir quinquennalis* n. 688) et *aediles* (n. 688). Sacerdotes adsunt *augur* n. 688, *flamen Romae (et) Ti. Caesaris Augusti* n. 688, *sacerdos publica Veneris* (cuius deae aedes nominatur n. 688) et *Cereris* n. 680. 688. Tribum Meneniam praeter titulos n. 688. 689 testatur urbanus (vol. VI n. 224: *Ti. Claudius Men. Latinus Surr.*). Familiae imperatoriae partem ibi constitisse ostendunt tituli n. 694—713, nisi forte constitit Capreis magis quam Surrenti, sed hoc loco sepulchram habuit. — Sequuntur auctores.

I. Surrentina epigrammata primi referunt saec. XV exeunte et incipiente XVI IVCVNDVS f. 429 et, ex Iucundi pugillaribus omnino, BONONIVS, quamquam hic unum titulum n. 757 affert ab ipso Iucundo in syllogen non relatum; auctor Pontianus is, cuius fuit liber iam MARVCELLIANVS A. 79. 1, a quo per Bongianellium ad MANVTIVM delata sunt; Iohannes BEMBUS f. 98. 99, cui ea 'Surrenti descripsit Benedictus Maschianus Pisanus e lapidibus'. Horum trium auctorum nullus ex alio pendet; sunt boni omnes, optimus Marucellianus, qui versuum quoque ordinem servare solet, copiosissimus Bembus, qui plura solus servavit.

II. Post hos CAPACCIVS in historia Neapolitana edita a. 1607 l. 2 c. 12 titulos Surrentinos proposuit haud paucos, sed parum recte neque vero versuum ordine servato descriptos, subinde etiam interpolatos, ut n. 678 Faustae uxoris Constantini nomini eraso substituitur

mater Helena. Capaccium expilarunt exteri Reinesius Sponius Fabrettius, et indigenae quoque a Capaccio editos titulos deinceps maluerunt ex eo repetere quam ad marmora exigere. — Quae GVDIVS dedit quinque epigrammata ms. p. 115. 116, e Capaccio quidem non sunt descripta (nam n. 668 non contaminatur ibi cum n. 679 et plenior est aliquot litteris n. 719), sed eandem interpolationem habent videnturque proficisci ab auctore eo, a quo pendet Capaccius. Diversae originis sunt quae idem exhibet ms. 299, l. 2 (auctore non adscripto; adnotat Gudius alias Surrentinas non afferri, cum exhibeantur a Capaccio) et 452, 1 (a Carolo Strozza Florentino). — Eiusdem naturae nec maioris utilitatis sunt Surrentina quae leguntur cum apud VGHELLIVM in cod. olim Barberino, iam Vaticano 9444 et in Italia sacra, tum ex schedis MAZAE apud Muratorium.

III. Saec. XVIII qui scripsit PHILIPPVS ANASTASIVS (lucubrationes in Surrentinorum ecclesiasticas civilesque antiquitates. Romae voll. 1. 2. 1731. 4.) quas inscriptiones Surrentinas affert, omnes e Capaccio descripsit; nec Vincentii DONNORSO (Neapoli 1740) aliorumque historiae Surrentinae quidquam nobis dederunt. Ea quoque quae POCOCCIVS (inser. ant. 1752) edidit pessime a se descripta Surrentina, parum adiuverunt. Sed protulit quaedam antea ignota LVDOVICVS AGNELLVS ANASTASIVS in 'animadversionibus in librum F. Pii Thomae Milante' (Neapoli 1751. 4.). Ea ipsa fere aliquanto peritius et diligentius a. 1758 excepit Vitus GIOVENAZZI, quae exempla ab eo communicata cum Zaccaria hodie extant inter Mariniana bibliothecae Vaticanae cod. 9434 f. 324. 325.

IV. Nostra aetate Surrentinarum antiquitatum curam egerunt duo viri Franciscus DE LVCA Surrentinus (qui obiit a. 1849) et Bartholomaeus CAPASSVS. Ille lapides patrios in commentarios rettulit a Capasso et a me usurpatos; idem dispersos antea recensve inventos in domum suam congegessit, ubi eos descripsi apud ipsum a. 1845 quique eorum supererant apud heredes eius a. 1876. Capassus deinde vir strenuus et peritus rei epigraphicae profuit cum edito commentariolo (*topografia storico-archeologica della penisola Sorrentina e raccolta di antiche iscrizioni edite et inedite appartenenti alla medesima*. Neapoli 1846. 8. pp. 99) tum continua cura, quam per hos annos monumentis Surrentinis impendit. Praeterea ex schedis KLVEGMANNI nostri Surrentina quaedam accesserunt. — Nuper demum monumenta antiqua Surrenti publice composita sunt et exposita.